

**TEXTOS DE S. AGUSTIN SOBRE LIBERTAS
Y TERMINOS DERIVADOS.
LITERALIDAD Y HERMENEUTICA**

2da. parte

Francisco J. Weismann

Presento la segunda parte de un trabajo de investigación cuya primera parte ha sido publicada en el número precedente de Oriente-Occidente. Esta parte también contiene los textos en los que aparecen "Libertas" y términos derivados, dejando para más adelante su interpretación.

Pido disculpas a las personas que, desconociendo la Lengua Latina, no han entendido el significado de los textos. Ante esto, destaco que mi investigación es una presentación sincrónica de textos en los que se destaca principalmente "Libertas" y la constelación de términos derivados. Por tanto, los textos no son unidades de sentido que puedan ser traducidos para su eventual comprensión. Para esto, tendría que traducir párrafos bastante más extensos lo cual excede los límites de este trabajo.

87...ita enim et in populo dei et per spiritaes liberos nascuntur non solum in laudabilem **libertatem**, quemadmodum illi, quibus dicitur imitatores mei estote sicut et ego Christi, verum etiam in damnabilem servitutem, sicut per Philippum Simon et per carnales servos nascuntur non solum in damnabilem servitutem, qui eos imitantur, verum etiam in laudabilem libertatem, quibus dicitur: quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite. (**contra Faustum** 22,82:CSEL 25,1,684. Del 397-8).

88...quia, ut dicis, propter **libertatem** nostram venit (contra Felicem 2,10:CSEL 25,2,839. Del 398).

89. Dialéctica de la luz y las tinieblas

...illa quippe etsi in tenebris intus est, ad naturam eius pertinet in tenebris habitare; animae autem, quæ hoc sunt quod deus, non poterunt recipi, sicut dicit, in regna illa pacifica et a vita ac **libertate** sanctæ lucis alienabuntur et configentur in prædicto horribili globo: unde et adhaerebunt, inquit, iis rebus animæ eadem, quas dilexerunt, relictæ in eodem tenebrarum globo, suis meritis id sibi conquiritæ, certe non est liberum voluntatis arbitrium. (**de natura boni** 42:CSEL 25,2,878. Del 399).

90. Libertad y Naturaleza

...qui eorum, a quibus captivus ductus fuerat, iniquitati etiam pietate sua nullo compulsus terrore consensit nec in condicione corporalis servitutis æquitatem ac **libertatem** animi patientis et sapientis amisit; natura vero dei captius ducta est, iniqua facta est, non potest tota purgari, cogitur in fine damnari. (**contra Secundinum** 20:CSEL 25,2,937. Del 399).

91...veniens de agro domui propinquare coepit, id est, labore servilis operis improbato, ex iisdem scripturis ecclesiæ **libertatem** consideravit. (**quaestiones evangeliorum** 2,33:PL 35,1346. Del 395/399).

92. Libertad y Caridad

...avertat a me virgam suam: transeat timor legis, ut adoptionis **libertate** et caritate illi coniungar. (**adnotationes in Iob** 9:CSEL 28,2,531. Del 399).

93...et vir natus mulieris tamquam onager erit in deserto: cupiditate **libertatis** inpatiens dominatoris atque domitoris. Idem. 11:CSEL 28,2,534.

94....ceterum cum ad eum venero: in illa libertate, que ego adnumerabor solio eius, omnia amabo et non mihi resitet virtus eius;quamvis modo possi me abuti, utpote peccatore. Idem. 23:CSEL 28,2,556.

95...quorum erat cibus radix herbarum: sacramenta quae corporaliter iussi erant celebrare tamquam terrae inhaerentia; ex quibus tamen simplicis intellgentiae feretur, quo illi pervenir non poterant. Idem 30:CSEL 28,2,573.

96. Libertad y Espiritualidad

...in **libertatem** uberioris pascuae spiritalis. Idem 39:CSEL 28,617.

97...prodiens in campo luxuriat: in lucem **libertatis** exiens facilitate bonioperis in latitudine caritatis exultat. Idem 39:CSEL 28,621.

98...et post annos quidem septuaginta, quos mystice prophetaverat Ieremias, ut finem temporum praefiguraret, tamen ut ipsa figura integraretur, facta est in Ierusalem restitutio aedificationis templi dei; sed quia totum figurate agebatur, non erat firma pax ac **libertas** reddita Iudaeis. (**de catechizandis rudibus** 38:CCL 46,162. Del 399).

99. Libertad y Espíritu

...sed cum et deus pater multis locis inveniatur dominus dictus sicut est illud: dominus dixit ad me: filius meus es tu; ego hodie genui te, et illud: dixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam; cum etiam spiritus sanctus dominus dictus inveniatur ubi apostolus ait: dominus autem spiritus est, et ne quisquam arbitraretur fillum significatum et ideo dictum spiritum propter incorpoream substantiam, secutus contexit: ubi autem spiritus domini, ibi **libertas**; spiritus autem domini spiritum sanctum esse nemo dubitaverit. (**de trinitate** 2,19:CCL 50,105. Del 319/419).

100...nam et animae in ipsis peccatis suis non nisi quandam similitudinem dei superba et praepostera et, ut ita dicam, servili **libertate** sectantur. Idem 11,8:CCL 50,344.

101...neque enim quisquam nostrum episcopum se esse episcoporum constituit aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis episcopus pro licentia **libertatis** et potestatis suae arbitrium proprium tamque iudicare ab alio non possit quam nec ipse potest alterum iudicare. (**de baptismo** 2,3:CSEL 51,177. Del 401).

102...quando habeat, inquit, omnis episcopis pro licentia **libertatis** et potestatis suae arbitrium proprium tamquam iudicari ab alio non possit quam nec ipse potest alterum iudicare, opinor utique in his quaestionibus quae nondum eliquatissima perspectione discussae sunt (Idem. 3,5:CSEL 51,200).

103...de hoc ego gaudio sanctae illius animae omnino securus neque ullo modo meas litteras ab omni errato liberas audeo vel putare vel dicere neque illius huic sententiae, in qua ei visum est aliter suscipiendos ab haereticis venientes quam vel in praeteritum suscipiebantur, sicut ipse te statur, vel nunc suscipiuntur, sicut totius orbis Christiani plenario concilio rationabilis consuetudo firmata est, meam praepono sententiam sed ecclesiae sanctae catholicae, quam sic ille dilexit et diligit, in qua tam uberem cum tolerantia fructum adtulit, cuius universitas ipse non fuit sed in eius universitate permansit, cuius radicem numquam deseruit sed in eius radice fecundus ut esset fecundior ab agricola caelesti purgatus est, pro cuius pace ac salute, ne simul cum zizaniis eradicaretur et triticum, tantat mala hominum secum in unitate constitutorum et veritatis **libertate** redarguit et caritatis virtute sustinuit. (Idem 5,23:CSEL 51,283).

104. **Libertad y eclesialidad**

neque enim quisquam nostrum episcopum se episcoporum constituit aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis episcopus pro licentia **libertatis** et potestatis suae arbitrium proprium tamque iudicari ab alio non possit quam nec ipse potest alterum iudicare. (Idem 6,9:CSEL 51,304).

105...quapropter iam opportunum videtur quid etiam ceteri singillatim censuerit considerare ea **libertate**, quam nobis etiam ipse non abrogavit dicens: neminem iudicantes aut a iure communionis aliquem si diversum senserit amoves. (Idem 6,10:CSEL 51,304).

106...sed si iam isti, ut dicere coeperam, etiam illos aliquo gradu iustitiae transierunt et omnino in his, quae ad transigendam istam vitam pertinent, sicut volucres agunt, ostendat nobis homines servire volucris, sicut sibi servi volunt, nisi captis et inclusis, quibus fides non habetur, ne volantes non redeant: et tamen illae malunt frui

libertate et ex agris quantum satis est capere quam ab hominibus adposita et adparata sumere. (De opere monachorum 27:CSEL 41,574. Del 401).

107...hoc expertus est homo contemnens praeceptum dei et hoc experimento didicit, quid interesset inter bonum et malum, bonum scilicet oboedientiae, malum autem inoboedientiae, id est superbiae et contumaciae, perversae imitationis dei et noxiae **libertatis**. (De Genesi ad litteram 8,14:CSEL 28,252. Del 393/426).

108...ubi enim ad transgrediendum praeceptum audax curiositas mota est, avida experiri latentia, quidnam tacto vetito sequeretur, et noxia **libertate** habenas prohibitionis rumpere delectata, probabilius existimans non esse mortem, quam timuerant, secuturam-tale quippe pomum credentum est fuisse in illa arbore, cuius generis poma iam in aliis arboribus innoxia senserant-magis crediderunt posse deum peccantibus facile ignoscere, quam patienter tulerunt non cognoscere, quidnam esset vel cur eos inde cibum sumere vetuisset. (Id 11,31:CSEL 28,365).

109...numquid, quia mores optimi **libertate** voluntatis eliguntur, ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur? (Contra Ilitteras Petilianı 2,184:CSEL 52,112. Del 401-405 6).

110...quid ergo putatis animi habere Christianos imperatores, cum audiunt tres pueros missos in caminum ignis ardentis, quia regi ad iniquitatem adorandi simulacri consentire noluerunt, nisi ut cogitent piam **libertatem** sanctorum nec regia potestate nec poenae immanitate posse superari gaudeantque se non esse ex numero talium regum, qui contemptores idolorum quasi sacrilegos puniebant? (Id. 2,11:CSEL 52,136).

111...nunc vero quoniam canonicum non est quod recitas, ea **libertate**, ad quam nos vocavit dominus, eius viri, cuius laudem adsequi non valeo, cuius multis litteris mea scripta non conparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius caritatem miror, cuius martyrium veneror, hoc quod aliter sapuit non accipio (Contra Cresconium grammaticum et Donatistam 2,40:CSEL 52,399. Del 405-406).

112...quis enim cum aliqua spe adipiscendae salutis aeternae de hac vita emigaret manente illa sententia, quod quicumque totam legem servaverit, offendant autem in uno, factus est omnium reus, nisi post paululum sequeretur: sic loquimini et sic facite tamquam per legem **libertatis** incipientes iudicari. (**De peccatorum meritis et remissione et de baptismo parvulorum ad Marcellinum** 2,3:CSEL 60,73. Del 411).

113...dominus autem spiritus est; ubi autem spiritus domini, ibi **libertas**. (**De spiritu et littera** 28:CSEL 60,181. Del 412).

114...hic autem spiritus dei, cuius dono iustificamur, quo fit in nobis ut non peccare delectet ubi **libertas** est, sicut praeter hunc spiritum peccare delectat, ubi servitus, a cuius operibus abstinendum, id est spiritaliter sabbatizandum, est, hic spiritus sanctus, per quem diffunditur caritas in cordibus nostris, quae plenitudo legis est, etiam digitus dei in evangelio dicitur. (Id. 28:idem).

115. Libertad y Espiritu

...ideo illud evacuatur, hoc manet, quoniam terrenus paedagogus auferetur cum timori succederit caritas; ubi enim spiritus domini, ibi **libertas**. (Idem 31:CSEL 60,184).

116. Ley, pecado y Libertad

...sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiae contra peccatum, per gratiam sanatio animae a vitio peccati, per animae sanitatem **libertas arbitrii, per liberum arbitrium iustitiae dilectio, per iustitiae dilectionem legis operatio** (Idem 52:CSEL 60, 208).

117...nec attendit in ipso nomine liberi arbitrii utique **libertatem** sonare; ubi autem spiritus domini, ibi **libertas**. (Id. 52:CSEL 60,209).

118...quoniam si illo loco legem pro fide accipi volunt, quod nimis inopportuno et absurdum est, etiam hinc apertissimam posunt legere sententiam apostoli Petri, qui cum loqueretur de his, qui in occasionem carnis acceperant et in velamentum malitiae, quod scriptum est, nos ad novum testamentum pertinentes non ancillae filios esse, sed liberae, qua libertate Christus nos liberavit, et putaverant hoc esse

libere vivere, ut tamquam de tanta redemptione securi, quidquid liberet, licere sibi arbitrarentur, non intuentes, quod dictum est: vos in **libertatem** vocati estis, fratres; tantum ne **libertatem** in occasionem carnis detis. (**De fide et operibus** 45:CSEL 41,90. Del 413).

119...unde et ipse Petrus dicit: liberi, non sicut velamentum malitiae habentes **libertatem**, ait de illis et in secunda epistula sua: **hi sunt fontes sicci et nebulae a turbine exagitatae, quibus caligo tenebrarum reservata est.** (Id.).

120...superba enim vanitatis loquentes inlicitunt in concupiscentiis carnis in pudicitiae eos qui paululum afugerunt, in errore conversati, **libertatem** illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis. (Id.)

121...quis tam idoneus index inveniri potest animi eorum quam timor iste sic expressus, sic apertus, ut, cum timor soleat adimere **libertatem**, ist tam libere timuerint, ut indicium suum de mala sua causa nec silentio tegerent, sed verbis apertissimis proderent? (**Contra partem Donati post gesta** 45:CSEL 53,146. Del 396).

122. Libertad y liberación

...quaero autem, ubi natura istam perdiderit **libertatem**, quam sibi dari exoptat, cum dicit: quis me liberabit? (**De natura et gratia** 65:CSEL 60,281. Del 41 3/415).

123...ubicumque autem istam perdiderit **libertatem**, certe inseparabilis est possibilitas illa naturae, habet posse per naturale subsidium, habet velle per liberum arbitrium; cur quaerit baptismatis sacramentum? (Idem 65:CSEL 60,282).

124...aut plenam **libertatem** habere dicendus est, qui se adhuc postulat liberari. (Idem 66:CSEL 60,283).

125...haec est lex **libertatis**, non servitutis, quia caritatis utique, non timoris, de qua et Iacobus apostolus ait: qui autem perspexerit in legem perfectam **libertatis**. (Idem 67:CSEL 60,284).

126...proinde si recte sentimus, sicut pro membris sanatis gratias agere ita pro sanandis orare debemus, ut absolutissima cui nihil addi

possit sanitate, perfecta dei suavitate, plena **libertate** perfruamur. (Idem 68:CSEL 60,284).

127...sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, non sola arbitrii **libertate**. (Idem 72:CSEL 60,287).

128...et quia non est naturale, ideo contra illud legem datam, et quod de arbitrii **libertate** descendit. (Idem 76:CSEL 60,291).

129...quis item Christianus ignorat, quod beatissimum Xystum Romanae ecclesiae episcopum et domini martyrem dixisse commemorat, quia **libertatem** arbitrii sui permisit hominibus deus, ut pure et sine peccato viventes similes fiant deo? (Idem 77:CSEL 60,291).

130...sed in recte faciendo ideo nullum est vinculum necessitatis, quia **libertas** est caritatis. (Idem 78:CSEL 60,293).

131...ac per hoc opitulante gratia per dominum nostrum Iesum Christum et mala necessitas removebitur et **libertas** plena tribuetur. (Idem 79:CSEL 60,293).

132... ibi amisa, hic servata **libertas**; ibi clausa, hic interdicta **captivitas**; ibi possidenti a dominantibus hostibus premebantur, huc liberandi a miserantibus ducebantur: postremo illud Iunonis templum sibi elegerat avaritia et superbia levium Graeculorum, istas Christi basilicas misericordia et humilitas etiam inmanium babarotum. (**De civitate Dei** 1,4:CSEL 40,1009. Del 413/426).

133...avarus vero luxuriosusque populus secundis rebus effectus est, quas Nasica ille providentissime cavendas esse censebat, quando civitatem hostium maximam fortissimam opulentissimam nolebat auferri, ut timore libido premeretur, libido pressa non luxuriaretur luxuriaque cohibita nec avaritia grassaretur; quibus vitiis obseratis civitati utilis virtus floreret et cresceret eique virtuti **libertas** congrua permaneret. (Idem 1,31:CSEL 40,1054).

134... quod Romani auferendo **libertatem** poetis in homines, quam dederunt in deos, melius de se quam de dis suis senserint. (Idem 2,12:CSEL 40,1074).

135...noli deos falsos fallacesque requirere; abice potius atque contemne in veram emicans **libertatem**. (Idem 2,29:CSEL 40,1108).

136...patere adseri **libertatem** tuam adversus inmundos spiritus, qui tuis cervicibus inposuerant sacrandam sibi et celebrandam ingnominiam suam. (Idem 2,29:CSEL 40,1108).

137...sed plane pro tantis bellis susceptis et gestis iusta defensio Romanorum est, quod inruentibus sibi inopportune inimicis resistere cogebat non aviditas adipiscendae laudis humanae, sed necessitas tuendae salutis et **libertatis**. (Idem 3,10:CSEL 40,1120).

138... at Romani domi militiaque intenti festinare parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire, **libertatem** patriam parentesque armis tegere. (Idem 3,10:CSEL 40,1120).

139...cum enim dixisset: natosque pater nova bella moventes ad poenam pulchra pro **libertate** vocabit, mox deinde exclamavit et ait: infelix, utcumque ferent ea facta minores. (Idem 3,16:CSEL 40,1134).

140...porro si illi scriptores historiae ad honestam **libertatem** pertinere arbitrati sunt mala civitatis propriae non tacere, quam multis locis magno praeconio laudare compulsi sunt, cum aliam veriolem, quo cives aeterni legensi sunt, non haberent: quid nos facere convenit, quorum spes quanto in deo melior et certior, tanto maior debet esse **libertas**, cum mala praesentia Christo nostro inputant, ut infirmiores imperitioresque mentes alienentur ab ea civitate, in qua sola iugiter feliciterque vivendum est? (**De civitate Dei** 3,17:CSEL 40,1136-37).

141... denique tanto militum inopia secuta est, ut Romani reos facinorum proposita impunitate colligerent, servitia **libertate** donarent atque illis pudendus non tam subpleretur quam institueretur exercitus. (Iem 3,19:CSEL 40,1144).

142...hoc toto tempore usque ad Caesarem Augustus, qui videtur non adhuc vel ipsorum opinione gloriosam, sed contentiosam et exitiosam et plane iam nervem acc languidam **libertatem** omni modo extorsisse Romanis et ad regale arbitrium cuncta reuocasse et quasi morbida uetustate conlapsam ueluti instaurasse ac renouasse rempublicam; toto ergo isto tempore omitto ex aliis atque aliis causis etiam atque

etiam belicas clades et Numantinum foedus horrenda ignominia maculosum; uolauerant enim pulli de cauea et Mancino consuli, ut aiunt, augurium malum fecerant; quasi per tot annos, quibus illa exigua ciuitas Romanum circumsessa exercitum adflixerat ipsique Romanae reipublicae terrori esse iam coeperat, alii contra eam alio augurio processerunt. (Idem 3,21:CSEL 40,1148).

143...Pompei quippe victorem Gaium Caesarem, qui victoriam civilem clementer exercit suisque adversariis vitam dignitatemque donauit, tamquam regni adpetitorem quorundam nobilium coniuratio senatorum uelut pro reipublicae **libertate** in ipsa curia trucidauit. (Idem 3,30:CSEL 40,1158).

144...huius deinde potentiam multum moribus dispar uitis omnes inquinatus atque corruptus adfectare uidebatur Antonius, cui uehementer pro eadem illa uelut patriae **libertate** Cicero resistebat. (Idem).

145...huic adulescenti Caesari, ut eius potentia contra Antonium nutrireretur, Cicero fauebat, sperans eum depulsa et obpressa Antonii dominatione instauraturum reipublicae **libertatem**, usque adeo caecus atque inprovidus futurorum, ut ille ipse iuuenis, cuius dignitatem ac potestatem fuebatur, et eundem Ciceroneam occidendum Antonio quadam quasi concordiae pactione permetteret et ipsam **libertatem reipublicae, pro qua multum ille clamaurat, ditioni propriae subiugaret.** (Idem).

146...haec utique cum tamquam superstitiosa culpantur, implicat ista culpa maiores talium simulacrorum institutores atque cultores; implicat et ipsum, qui, quantolibet eloquio se in **libertatem** nitatur euolluere, necesse habebat ista venerari; nec quod in hac disputatione disertus insonat, muttire auderet in populi contione. (Idem 4,30:CSEL 40,1203).

147. Libertad y necesidad:

...si autem illa definitur esse necessitas, secundum quam dicimus necesse esse ut ita sit aliquid uel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis **libertatem** auferat uolantatis. (Idem 5,10:CSEL 40,1229).

148...sic etiam cum dicimus necesse esse, ut, cum uolumus, libero uelimus arbitrio: et verum procul dubio dicimus, et non ideo ipsum liberum arbitrium necessitati subicimus, quae admit **libertatem**. (Idem).

149...expulso itaque rege Tarquinio et consulibus insitutis secutum est, quod idem auctor in Romanorum laudibus posuit, quod civitas incredibile memoratu est adepta **libertate** quantum brevi creuerit; tanta cupido gloriae incesserat. (Idem 5,12:CSEL 40,1233).

150...amore itaque primitus **libertatis**, post etiam dominationis et cupiditate laudis et gloriae multa magna fecerunt. (Idem).

151...reddit eis utriusque rei testimonium etiam poeta insignis illorum; inde quippe ait: nec non Tarquinium eiectum Porsenna iuebat accipere ingentique urbem obsidione premebat; Aeneadae in ferrum pro **libertate** ruebant. (Idem 5,12:CSEL 40,1234).

152...sed cum esset adepta **libertas**, **tanta cupido gloriae incesserat, ut parum esset sola libertas**, nisi et dominatio quaereretur, dum pro magno habetur, quod uelut loquente Ioue idem poeta dicit: quin aspera Iuno, quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat, consilia in melius referet me cumque fouebit Romanos rerum dominos gentemque togatam. (Idem).

153...quae quidem Vergilius Iouem inducens tamquam futura praedicentem ipse iam facta relegebat cernebatque praesentia; uerum propterea commemorare illa uolui, ut ostenderem dominationem post **libertatem** sic habuisse Romanos, ut in eorum magnis laudibus poneretur. (Idem).

154...ait enim: natosque pater noua bella mouentes ad poenam pulchra pro **libertate** uocabit infelix, utcumque ferent ea facta minores. (Idem 5,18:CSEL 40,1246).

155...haec sunt duo illa, **libertas** et cupiditas laudis humanae, quae ab facta conpulit miranda Romanos. (Idem 5,18:CSEL 40,1246).

156...si ergo pro **libertate** moriturum et cupiditate laudum, quae a mortalibus expetuntur, occidi filii a patre potuerunt: quid magnum est,

si pro uera **libertate**, quae nos ab iniquitatis et mortis et diaboli dominatu liberos facit, nec cupiditate humanarum laudum, sed caritate liberandorum hominum, non a Tarquinio re ge, sed a daemonibus et daemonum principe, non filii occiduntur, sed Christi pauperes inter filios computatur? (Idem).

157...Picentes, Marsi et Peligni, gentes non exterae, sed Italicae, post diuturnam et deutossimam sub Romano iugo servitutem in **libertatem** caput erigere tentauerunt, iam multisnationibus Romano imperio subiugatis deletaque Carthagine; in quo bello Italico Romanis saepissime uictis ubi et duoconsules perierunt et alii nobilissimi senatores, non diuturno tamen tempora tractum est hoc malum; nam quintus annus et finem dedit. (Idem 5,22:CSEL 40,1257).

158...nam si non ad **libertatem vera** dicendi, sed ad licentiam maledicendi tempus exspectant, absit ut eis eueniat quod ait Tullius de quodam, qui peccandi licentia felix appellabatur: o miserum, cui peccare licebat. (Idem 5,26:CSSEL 40,1266).

159...o Marce Varro, cum sis homo acutissimus et sine ulla dubitatione doctissimus, sed tamen homo, non deus, nec spiritu dei ad uidenda et adnuntianda divina in ueritatem **libertatemque** subuectus, cernis quidem quam sin res diuinae ab humanis nugis atque mendaciis dirimendae; sed uitiosissimas populorum opiniones et consuetudines in superstitionibus publicis uereris offendere, quas ab deorum natura abhorreere vel talium, quales in huius mundi elementis humani animi sus picatur infirmitas, et sentis ipse, cum eas usquequaque consideras, et omnis uestra litteratura circumsonat. (Idem 6,6:CSEL 40,1281).

160...de **libertate** Senecae, qui uehementius ciuilem theologian reprehendit quam Varro fabulosam. (Idem 6,10:CSEL 40,1294).

161...**libertas** sane, quae huic defuit, ne istam urbanam theologian tam diligenter exponendo theatrae simillimam aperte sicut illam reprehendere auderet, Annaeo Senecae, quem nonnullis indiciis inuenimus apostolorum nostrorum cclaruisse temporibus, non quidem ex toto, uerum ex aliqua parte non defuit. (Idem).

162...hanc **libertatem** Varro non habuit; tantummodo poeticam

theologian reprehendere ausus est, civilem non ausus est, quam iste concidit. (Idem 6,10:CSEL 40,1296).

163...fieri enim potest, ut, licet in illam naturalis theologiae veluti **libertatem** caput erigere paululum uoluisset uideatur, adhuc tamen hunc librum versans et se in illo uersari cogitans, eum etiam inde respexerit et hoc propterea dixerit, ne maiores eius siue aliae ciuitates Tellurem atque Neptunum inaniter coluisse credantur. (Idem 7,23:CSEL 40,1334).

164...ita **libertate** iudicandi plurimum distat ratio considerantes a necessitate indigentis seu uoluptate cupientis, cum ista quid per se ipsum in rerum gradibus pendat, necessitas autem quid propter quid exspectat cogitat, et ista quid uerum luci mentis appareat, uoluptas uero quid iucundum corporis sensibus blandiatur expectat. (Idem 11,16:CSEL 40,1535).

165...iam quippe anima **libertate** in peruersum propria delectata et deo dedignata seruire pristino corporis seruitio destituebatur, et quia superiorem dominum suo arbitrio deserruerat, inferiorem famulum ad suum arbitrium non tenebat, nec omni modo habebat subditam carnem, sicut semper habere potuisset, si deo subdita ipsa mansisset. (Idem 13,13:CSEL 40,1631).

166...quia ergo contemptus est deus iubens, quia creauerat, qui ad suam imaginem fecerat, qui ceteris animalibus praeposuerat, qui in paradiso constituerat, qui rerum omnium copiam salutisque praestiterat, qui praeceptis nec pluribus nec grandibus nec difficilibus onerauerat, sed un breuissimo atque leuissimo ad oboedientiae salubritatem adminiculauerat, quo eam creaturam, qui libera seruitus expediret, se esse dominum commonebat: iusta dmanatio subsecuta est, talisque damnatio, ut homo, qui custodiendo mandatum futurus fuerat etiam carne spiritalis, fieret etiam mente carnalis et, qui sua superbia sibi placuerat, dei iustitia sibi donaretur; nec sic, ut in sua esset omnimodis potestate, sed a se ipse quoque dissentiens sub illo, cui peccando consensit, pro **libertate**, quam concupiuit, duram miseramque ageret seruitutem, mortuus spiritu uolens et corpore moriturus inuuitus, desertor aeternae vitae etiam aeterna, nisi gratia liberaret, morte damnatus. (Idem 14,15:CSEL 40,2035).

167...nos autem, fratres, non sumus ancillae filii, sed liberae, qua **libertate** Christus nos liberauit. (Idem 15,2:CSEL 40,2061).

168...non enim est illa diversitas putata mendositas; neg ego ullo modo putandam existimo: sed ubi non est scriptoris error, aliquid eos divino spiritu, ubi sensus esset consentaneus ueritati et praedicaans ueritatem, non interpretantium munere, sed prophetantium **libertate** aliter dicere uoluisset credendum est. (Idem 15,14:CSEL 40,2088).

169...propositis itaque duabus ciuitatibus, una in re huius saeculi, altera in spe dei, tamquam ex communi, quae aperta est in Adam, ianua mortalitatis egressis, ut procurrant et excurrant ad discretos proprios ac debitos fines, incipit dinumeratio temporum, in qua et aliae generationes adicuntur, facta recapitulatione ex Adam, ex cuius origine damnata, veluti massa una merita damnationi tradita, facit deus alia in contumeliam uasa irae, alia in honorem uasa misericordiae, illis reddens quod debetur in poena, istis donans quod non debetur in gratia; ut ex ipsa etiam comparationis uasorum irae superna ciuitas discat, quae peregrinatur in terris, non fidere **libertate** arbitrii sui, sed speret inuocare nomen domini dei. (Idem 15,21:CSEL 40,2107).

170...uictici etiam uicta succumbit, doominationi scilicet uelletiam **libertati** qualemcumque pacem praeferens ac salutem, ita ut magnae fuerint admirationi, qui perire quam seruire maluerunt. (Idem 18,2:CSEL 40,2268).

171...sub Dario ergo rege Persarum impletis septuaginta annis, quos Hieremias propheta praedixerat, reddita est Iudaeis soluta captiuitate **libertas**, regnante Romanorum septimo rege Tarquinio. (Idem 18,26:CSEL 40,2303).

172...sub quo Valentianus maior, qui post eum tertius imperator fuit, fidei Christianae confessor exstitit militiaeque priuatus est; ut omittam quae apud Antiochiam facere coeperat, nisi unius fidelissimi et constantissimi iuuenis, qui multis, ut torquerentur, adprehensus per totum diem primus est tortus, inter ungulas cruciatusque psallentis **libertatem** atque hilaritatem miratus horruisset et in ceteris deformius erubescere timuisset. (Idem 18,52:CSEL 40,2356).

173...de **libertate** naturali et de seruitute, cuius prima causa peccatum est, quia homo malae uoluntatis, etiamsi non est mancipius alterius hominis, seruus propriae libidinis. (Idem 19,15:CSEL 40,2399).

174...sed quia peccauit ista natura cum peccare potuit, largiore gratia liberatur, ut ad eam perdducatur **liberatem**, in qua peccare non possit.

175...eice ancillam et filium eius, non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac, regnum autem caelorum ad **libertatem** quomodo etiam regnum caelorum ad uetus pertinet testamentum? (De gestis Pelaggi 14:CSEL 42,65).

176...qui currit, inquit, ad dominum et ab eo se regi cupit, id est uoluntatem suam ex eius uoluntate suspendit, qui et adhaerendo iugiter unus secundum apostolum cum eo fit spiritus, non hoc nisi de arbitrii **libertate**. (**De gratia Christia et de peccato originali** 1,24:CSEL 42,1143. Del 418).

177...videte quantam rem dixerit non effici nisi arbitrii **libertate**, ac per hoc sine adiutorio dei nos deo existimat adhaerere. (Idem).

178...hoc est enim non nisi de arbitrii **libertate**, ut cum adhaeserimus eo non adiuuante, tunc iam quoniam adhaesimus, etiam adiuuari mereamur. (Idem).

179. **Libertad y voluntad:**

.....sequitur enim et dicit: qua qui bene utitur, id est arbitrii **libertate** qui bene utitur, ita se, inquit, totum tradit deo omnemque suam mortificat uoluntatem, ut cum apostolo possit dicere: uiuo autem iam non ego, uiuit autem in me Christus, ponitque cor suum in manu dei, ut illud quo uoluerit ipse dclinet. (Idem 1,24:CSEL 42,144).

180...sed hoc tam magnum adiutorium, sicut iste desipit, tunc mereremur, cum sine ullo adiutorio non nisi de arbitrii **libertate** ad dominum currimus, ab eo nos regi capimus, uoluntatem nosram ex eius uoluntate suspendimus eique adhaerendo iugiter unus cum illo efficimur spiritus. (Idem).

181. Libertad y Gracia:

...haec scilicet tam ingentia bona non nisi de arbitrii secundum istum efficimus **libertate**, ut his praecedentibus meritis sic eius gratiam consequamur, ut cor nostrum quo uoluerit ipse declinet, quomodo est ergo gratia, si non gratis datur? (Idem).

182...quid homini maius quidue tale poterit gratia ipsa praestare, si iam sine illa unus cum domino spiritus effici potuit non nisi de arbitrii **libertate**? (Idem).

183...et eleuata facie sua inflammata in claritate intuitus est eam tamquam taurus in impetu indignationis suae; et timuit regina et coonuersus est color eius per dissollutionem et inclinauit se super caput delicatae suae, quae praecedebat eam- uellem ergo diceret iste nobis, utrum rex ille ad dominum iam ccucurrerat et ab eo se regi cupiuerat suamque uoluntatem ex eius uoluntate suspenderat et ei iugiter adhaerendo unus cum illo spiritus factus erat non nisi de abitrii **libertate**, utrum se totum deo tradiderat omnemque suam mortifficauerat uoluntatem et cor suum in manu dei possuerat. (Idem 1,25:CSEL 42,145).

184...sed adhuc sequitur de his qui Christiani non sunt et dicit: illi deo iudicandi atque damnandi sunt, quia cum habeant liberum arbitrium, per quod ad fide uenire possant et dei gratiam promereri, male utuntur **libertate** concessa. (Idem 1,34:CSEL 42,151).

185...at hoc totum tam magnum religiosi hominis opus Pelagius non dicit effici nisi arbitrii **libertate**. (Idem 1,51:CSEL 42,162).

186...quod quia uires naturae non habent, conferri necessarium est per gratiae **liberatem**. (Idem 2,5:CSEL 42,170).

187...hincine non erubesceret humani **libertas** arbitrii, quod contemnendo imperantem deum etiam in membra propria proprium perdidisset imperium? (**De nuptiis et concupiscentia** 1,7:CSEL 42,219. Del 419/421).

188...quod non sic accipiendum est, tamquam prohibuerit apostolus coniugalem, hoc est licitum honestumque concubitum, sed ut iste concubitus, qui nihil morbidae libidinis haberet adiunctum, sinon

praecedente peccato in eo perisset **libertatis** arbitrium, quod nunc id habet adiunctum, non sit uoluntatis, sed necessitatis, sine qua tamen in procreandis filiis ad fructum perueniri non potest ipsius uoluntatis. (Idem 1,9:CSEL 42,220).

189...hunc uos unuidetis liberatorem, quibus captiuis uanam tribuistis **libertatem**. (Idem 2,8:CSEL 42,259).

190...clamorem scriptura solet ponere pro tanta inpudentia et **libertate** iniquitatis, ut nec uerecundia nec timore abscondatur. (**Locutiones in heptateuchum** 1,61:CCL 33,387. Del 419/420).

191...aeternum ergo dixit, ubi non est temporis praestitutus modus, quousque seruiant, sicut constitutus est eis, quos in remissione dimitti iubet **libertati** suae. (Idem 3,60:CCL 33,431).

192...sed quoniam diligentius discussa ueritate reperiuntur duo nati iam fuisse, cum inrauit, Epharem et Manasses-quod non solum hoc loco Hebraei codices habere dicuntur uerum etiam ipsa secundum septuaginta interpretatio in exodo declarat-nec septuaginta interpretes mihi in hoc uidentur errasse, qui propter aliquam mysticam significationem quadam uelut prophetica **libertate** hunc numerum complere uoluerunt, si adhuc uiuente Iacob illi ex duobus filiis Manasse et Ephraem propagati sunt, quos eidem numero domus Iacob adgregandos iudicauerunt. (**Quaestiones in heptateuchum** 1,152:CCL 33,58).

193...illud enim ex hoc satis constat in ministerio praeceptum, quia et pertundi subula eius aurem ad postem praecepit deus, qui **libertatem** illam rucesasset. (Idem 2,77:CCL 33,107).

194...reprehendisti enim bis numero exprimens etiam meum nomen et cum te in principio libri tui inperitiae tuae ammodum conscium et doctrinae amminiculo destitututm, me uero ubi nominasti doctissimum ac peritissimum dixeris, tamen quibus in rebus tibi uisus es nosse quod ego uel nescire me fateor uel, quamuis nesciam, scire praesumo, **libertate** qua oportebat non tantum senem iuuenis et episcopum laicus, uerum etiam hominem tuo iudicio doctissimus et peritissimum non dubitasti reprehendere. (**De natura et origine animae** 4,1:CSEL 60,379. Del 420/421).

195...hoc autem non praestat littera iubens, sed spiritus iuuans: non lex ergo, sed gratia: non uetus testamentum in seruitutem generans, quod est Agar, sed nouum in quo non sunt ancillae filii, sed liberae, qua **libertate** Christus nos liberauit. (**Contra adversarios legis et prophetarum** 2,28:PL 42,654. Del 421).

196...ad haec responsio: secundum istas uestras falsissimas uanissimasque rationes hebenis taxatis atque dimissis humanae licentiae inpunita peccata omnia relinquantur, nullis oppositis repagulis legum nocendi audacia et lasciuendi libido bacchetur, non rex suum regnum, non dux militem, non prouincialem iudex, non dominus seruum, non maritus uoxrem, non pater filium a **libertate** et suauitate peccandi minis ullis poenisue compescat. (**Contra Gaudentium donatistarum episcopum** 1,20:CSEL 53,215. Del 421/422).

197...haec verba tua prorsus etiam illi dicere potuerunt et fortassedixerunt, etsi non aedam **libertate**, non dissimili uanitate. (Idem 1,20:CSEL 53,217).

198...et si ficti aliqui perseurant, non utique propter ipsos non fuerant colligendi quos uidemus ueraces, quorum quidam in regionibus uestris etiam quibusdam nostris maiores apparruerunt, quando uobis illa perditionis **libertate** concessa ad uos redire noluerunt. (Idem 1,27:CSEL 53,226).

199...unde publicum apertumque est, quod minis siue terrore et persecutionibus crebris Gabinium similesque de naturae **libertate** sublato ipsi sibi quos uenerarentur perfidos fabricasse noscuntur, ad quorum cultum coguntur unuiti. (Idem 1,42:CSEL 53,241).

200...hoc error quorandum putabat, hoc timor Petri simulabat, hoc **libertas** Pauli redaruebat. (**Ad Consentium contra mendacium** 26:CSEL 41,506. Del 422).

201. Libertad e inmortalidad:

...**libertas** quidem periit per peccatum, sed illa quae in paradiso fuit, habendi plenam cum inmortalitate iustitiam. (**Contra duas espistulas Pelagianorum** 1,5:CSEL 60,425. Del 422/423).

202...ecce ostenduntur etiam peccato minime potuisse nisi alia **libertate** seruire. (Idem 1,5:CSEL 60,426).

203...uenerabilis quippe Innocenti episcopi de hac re ista sunt uerba ad Carthaginiense concilium: liberum enim, inquit, arbitrium olim ille perpressu, dum suis inconcultius utitur bonis, cadens in praeuaricationis profunda demersus nihil quemadmodum exinde surgere posset inuenit suaeque in aeternum **libertate** deceptus huius ruinae latuisset oppressu, nisi eum post Christi pro sua gratia releuasset aduentus, qui per nouae regenerationis purificationem omne praeteritum uitium sui baptismatis lauacro purgauit. (Idem 2,6:CSEL 60,466).

204. Libertad y liberación:

...item paulo post: nos autem, fratres, non sumus ancillae filii, sed liberae, qua **libertate** Christus nos liberauit. (Idem 3,12:CSEL 60,499).

205...quae non semper est malum, inquit, cum et martyribus sit causa praemiorum et uel bonam uel malam sortem dici faciat non resolutio corporum, quae excitabuntur in omni genere hominum, sed meritorum diuersitas, quae de humana **libertate** contingit. (Idem 4,2:CSEL 60,521).

206...quapropter utrosque damnat atque deuocat quisquis secundum regulam catholicae fidei sic in hominibus nascentibus de bona creatura carnis et animae glorificat creatorem –quod non uult Manichaeus–, ut tamen propter uitium, quod in eos per peccatum primi hominis pertransiit, fateatur et paruulis necessarium saluatorem –quod non uult Pelagius–; sic discernit malum pudendae concupiscentiae a bonitate nuptiarum, ut neque Manicheis similis unde nascimur culpet neque Pelagianis similis unde confundimur laudet; sic legem per Moysen sanctam et iustam et bonam a deo sancto et iusto et bono datam esse defendit –quod contra apostolus negat Manichaeus–, ut eam dicat et peccatum ostendere, non tamentollere et iustitiam iubere, non tamen dare –quod rursus contra apostolum negat Pelagius–; sic asserit liberum arbitrium, ut non ex natura nescio qua semper mala, quae nulla est, sed ex ipso arbitrio coepisse dicat et angeli et hominis malum –quod nisi dei gratia respirare in salubrem **libertatem**– quod euertit heresim Pelagianam–; sic laudat in deo sanctos homines dei non solum ex manifestato in carne Christo et

deinceps, uerum etiam superiorum temporum –quos audent blasphemare Manichei–, ut tamen de ipsis plus credat ipsis confitentibus quam Pelagianis mentientibus. (Idem 4,3:CSEL 60,523).

207...et iam haec satis sint aduersus eos, qui per arbitrii **libertatem** destruere uolunt gratiae largitatem. (Idem 4,16:CSEL 60,540).

208...quia uidelicet partes disputationis tuae, quibus atterendus uel perimendus sum, quoniam de pudendis loqui cogeris, uelut quidam aedituus pudor tuus a uerborum, sicut perhibes, **libertate** submouit. (*Contra Iulianum* 1,21:PL 44,654. Del 423).

209...quare non est de opere dei uerborum **libertas**, si eius **intemerata permanet dignitas**, nec aliquid ibi egit peccatum, unde potius incuteret pudorem, et uerborum comprimeret libertatem? (Idem 4,55:PL 44,765).

210...tu autem defensorem quidem libidinis profiteris, sed de tua suscepta, quod fidem **libertatemque** patroni non decuerat, erubescis. (Idem 4,75:PL 44,777).

211...iam igitur, inquis, tempus est ut ostendamus extra naturae testimonium eiam aliqua auctoritate legis, sic nostra membra fuisse formata, ut alia uerecundia, alia **libertate** gauderent. (Idem 4,79:PL 44,779).

212...dicis enim, quod dominus continentiae gloriam **libertate** electionis honorauerit, dicens, qui potest capere, capiat; tamquam hoc capiatur non dei munere, sed arbitrii **libertate**: et taces quod supra dixerat, non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est. (Idem 5,39:PL 44,807).

213...saltem, inguam, ipsam audi, ut quantum a rerum turpitudine abes si tamen abes, tantum te a uerborum **libertate** seiungas; et ea in alteros nedicas, quae cum tibi falso obiecta sint, erubescas. (Idem 6,35:PL 44,842).

214...quae cum uera sit, qualis quaeso potest serui addicti esse **libertas** nisi quando eum peccare delectat? (*Enchiridion ad Laurentium* 30:CCL 46,65. Del 423/424).

215...ipsa est uera **libertas** propter recte facti laetitiam, simul et pia seruitus propter praecepti obedientiam. (Idem :CLL 46,66).

216...sed ad bene faciendum ista **libertas** unde erit homini addicto et uendito, nisi redimat cuius illa uox est: si uos filius liberauerit tunc uere liberi eritis? (Idem).

217...item ne quisquam, etsi non de operibus, de ipso gloriatur libero uoluntatis arbitrio, tanquam ab ipso incipiat meritum cui tanquam debitum reddatur praemium bene operandi ipsa **libertas**, audiat eudem gratiae praeconem dicentem: deus est enim qui operatur in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate, et alio loco: igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. (Idem 32:CCL 46,66).

218. Vocación a la Libertad:

...item dicit ad Galatas: uos enim in **libertatem** uocati estis, fretres; tantum ne **libertatem** inoccasione carnis detis, sed per charitatem seruite inuicem. (**De gratia et libero arbitrio** 34:PL 44,902. Del 426).

219. Libertad y Gracia:

...ecce quemadmodum secundum gratiam dei, non contra eam, **libertas** defenditur uoluntatis. (**De correptione et gratia** 17:PL 44,926. Del 42 6).

220. Libertad y fortaleza:

...uoluntas quippe humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius **libertatem**, et ut perseueret delectabilem perpetuitatem, et insuperabilem fortitudinem. (Idem).

221...haec autem tanto maior est, ut parum sit homini per illam reparare perditam **libertatem**, parum sit denique non posse sine illa uel apprehendere bonum, uel permanere in bono si uelit, nisi etiam efficiatur ut uelit. (Idem 31:PL 44,935).

222. Libertad y felicidad:

...prima ergo **libertas** uoluntatis erat, posse non peccare; nouissima erit multo maior, non posse peccare: prima immortalitas erat, posse non mori; nouissima erit multo maior, non posse mori: prima erat perseurantiae potestas, bonum posse non deserere; nouissima erit felicitas perseurantiae, bonum non posse deserere. (Idem 33:PL 44,936). Este texto es de gran importancia en la doctrina agustiniana.

223...maior quippe **libertas** este necessaria aduersus tot et tantas tentationes, quae in paradiso non fuerunt, dono perseurantiae munita atque firmata, ut cum omnibus amoribus, terroribus, erroribus suis uincaatur hic mundus: hoc sanctorum martyria docuerunt. (Idem 35:PL 44,937).

224...et accipiunt tantam per istam gratiam **libertatem**, ut quamuis, quamdiu hic uiuunt, punent contra concupiscentias peccatorum, eisque nonnulla subrepant, propter quae dicant quotidie, dimitte nobis debita nostra; non tamen ultra seruiant peccato quod est ad mortem, de quo dicit Ioannes apostolus, est peccatum ad mortem; non pro illo dico ut roget. (Idem :PL 44,938).

225...nunc uero posteaquam est illa magna peccati merito amissa **libertas**, etiam maioribus donis adiuuanda remansit infirmitas. (Idem 37:PL 44,939).

226...licita est satietas, illicita est ebriositas; tamen modesti homines, ut longe se faciant a turpitudine ebrietatis, castigant se alinquantum et a **libertate** satietatis. (**Sermo de utilitate ieiunii** 6:CCL 46,236).

227...ab his autem inlicitis ualde longe est, quae noti **libertate** se obstrinxit etsibi etiam licita ne licerent non imperio legis, sed consilio caritatis effecit. (**De bono uiduitatis** 6:CSEL 41,310. Del 414).

228...iterumquarendum est, inquit, per quid efficitur homo cum peccato, per naturae necessitatem an per arbitrii **libertatem**. (**De perfectione iustitiae hominis** 9:CSEL 42,8. Del 415/416).

229. Libertad y necesidad:

...si per naturae necessitatem, culpa caret; si per arbitrii **libertatem**, quarendum est, a quo ipsam arbitrii libertatem acceperit. (Idem).

230...respondetur per arbitrii **libertatem** factum, ut esset homo cum peccato; sed iam poenalis uitiositas subsecuta ex **libertate** fecit necessitatem. (Idem).

231. Libertad y Liberación:

...nam et ipsa **libertas** credentibus a liberatore promittitur. (Idem).

232...uicta enim uitio in quod cecidit uoluntate caruit **libertate** natura. (Idem).

233...sicut ergo non est opus sanis medicus, sed male habentibus, ita non est opus liberis liberator sed seruis, ut ei dicat gratulatio **libertatis**: saluam fecisti de necessitatibus animam meam. (Idem 9:CSEL 4,29).

234. Libertad y bien:

...ipsa enim sanitas est uera **libertas**, quae non perisset, si bona **permansisset uoluntas**. (Idem).

235...quia uero peccauit uoluntas, secuta est peccantem peccatum habendi dura necessitas, donec tota sanetur infirmitas et accipiatur tanta **libertas**, in qua sicut necesse est permaneat beate uiuendi uoluntas, ita ut sit etiam bene uiuendi et numquam peccandi uoluntaria felixque necessitas. (Idem).

236...ait enim: testimonia scripturarum, quae e diuerso ponenda sunt his qui arbitrii **libertatem** uel non peccandi possibilitatem inperite existimant se scripturarum auctoritate posse destruere. (Idem 23:CSEL 42,24).

237...quis enim Christianus septimoanno cogitur seruum reddere **libertate** et, si discedere ille noluerit, eius suriculam subula pertundere ad postem, et cetera huiusmodi? (**Liber qui appellatur speculum**:CSEL 12,4. Del 427).

238...seruus sensatus dilectus quasi anima tua: non defraudes illum libertate, neque inopen relinquo illum. (Idem 23:CSEL 12,126).

239. Libertad y consciencia:

...ut quid enim **libertas** mea iudicatur ab alia conscientia? (Idem 31:CSEL 12,218).

240...et alio loco: uos autem in **libertate** uocati estis, fratres: tantum ne **libertatem** in occasionem carnis detis, sed per caritatem spiritus seruite inuicem. (Idem 33:CSEL 12,229).

241. Libertad y política:

...subiecti estote omni humanae ordinationi propter deum, siue regi quasi praecellenti, siue ducibus tamquam ab eomissis ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum-quia sic est uoluntas dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam-quasi liberi, et non quasi uelamen habentes malitiae **libertatem**, sed sicut serui dei. (Idem 44:CSEL 12,263).

242. Libertad y pureza:

...et post paucos uersus: superbiam enim uanitatis loquentes pellicent in desiderii carnis luxuriae eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, **libertatem** illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis: a quo enim quis superabus est, huius et seruus est. (Idem 45:CSEL 12,270).

243. Libertad y ley:

...qui autem perspexerit in legem perfectam **libertatis** et permanserit, no auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. (Idem 46:CSEL 12,272).

244. Libertad y formulaciones de la fe:

...sed post non longum tempus **libertate** fidei catholicae praeualente, posteaquam uis uerbi, sicut debuit, intellecta est, hominibus illud catholicae fidei sanitate longe lateque defensum est. (*Contra Maximinum Arianum* 2,14,3:PL 42,772. Del 428).

245...dominus autem spiritus est; ubi autem spiritus domini, ibi **libertas**. (Idem 2,21,2:PL 42,792).

246. Libertad y Espíritu:

...ipse est quippe spiritus domini de quo dicitur: dominus autem spiritus est; ubi autem spiritus domini, ibi **libertas**. (Idem 2,26,24:PL 42,824).

247...quae tamen **libertas** uoluntatis in illius primae conditionis praestantia quantum ualuerit, apparuit in angelis, qui, diabolo cum suis cadente, in ueritate steterunt, et ad securitatem perpetuam non cadendi, in qua nunc eos esse certissimi sumus, peruenire meruerunt. (**De dono perseuerantiae** 13:PL 45,1001. Del 429).

248...ostende ergo haec duo in paruulis posse constare: si nullum est sine uoluntate peccatum, si nulla uoluntas, ubi non est explicata libertas, si non est **libertas, ubi non est facultas per rationem electionis, quo monstro peccatum in infantibus inuenitur, qui rationis** usum non habent, igiturnec eligendi facultatem ac per hoc nec uoluntatem atque his irrefutabliter concessis nec aliquod omnino peccatum? (**Contra Iulianum opus imperfectum** 1,48:CSEL 85,1,36. Del 429/430).

249...hunc uos inuidetis liberatorem, quibus captouis uanam tribuitis **libertatem**. (Idem 1,74:CSEL 811,1,90).

250...consenquens enim fuerat, ut impleres sine tergiuersatione sententiam, cumque praemisisses non te negare arbitrii **libertatem**, adderes: sed confitemur datam a deo **libertatem** arbitrii in hominum permanere natura. (Idem 1,76:CSEL 85,1,92).

251. Libertad y seruidumbre:

...quomodo manet **libertas** in eis, qui ut liberentur a seruitute, qua uictori peccato addicit sunt, diuina indigent gratia, nisi quia liberi sunt et ipsi, sed iustitiae? (Idem).

252...ita ergo et nos, sicut supra de iustitiae et peccati definitione disseruimus, nunc quoque uideamus, quae **libertate** arbitrii definitio

competat, ut planum sit, quis ei nostrum consentiat, quis repugnet. (Idem 1,78:CSEL 81,51,93).

253...**libertas** arbitrii, qua a deo emancipatus homo est, in amittendi peccati et abstinendi a peccato possibilitate consistit. (Idem 1,78:CSEL 81,1,93).

254...et boni igitur possibilitas et mali bona est, quoniam posse bonum facere a uirtutis est, posse malum facere testimonium **libertatis** est. (Idem 1,181:CSEL 81,1,95).

255...tota ergo diuini plenitudo iudicii tam iunctum habet negotium cum hac **libertate** hominum, ut harum qui unam agnouerit, ambas nouit unde fit, ut harum uiam qui uiolauerit, ambas uiulet. (Idem 1,82:CSEL 81,1,95).

256. Libertad y equidad:

...sic igitur et **libertas** humani custodiatur arbitrii, quemadmodum diuina aequitas custoditur. (Idem).

257. Libertad y pecado:

...**libertas** igitur arbitrii possibilitas est uel amittendi uel uitandi peccati expers cogentis necessitatis, quae in suo uirtute iure habet, utram suggerentium partem sequatur, id est uel ardua asperaue uirtutum uel demersa et palustria uoluptatum. (Idem 1,82:CSEL 81,1,96).

258. Libertad y necesidad:

...si ergo est, ut ratio prodidit, arbitrii **libertas** propulsatrix necessitatum, ut nemo sit uel bonus uel malus, cui non sit liberum esse contrarium, quemadmodum tu aut confessus es liberum arbitrium usurus tali testimonio, quod captiuis conuenit, aut tale testimonium subdidisti, postquam liberum fueras confessus arbitrium? (Idem 1,84:CSEL 81,1,97).

259. Libertad y consciencia:

...dicebat, inquit, euangelista Iohannes Iesus ad Iudaeos eos, qui credidunt ei: si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis et cognoscetis ueritatem et ueritas liberauit uos; id est dominus noster Iesus loquebatur ad credentes sibi, ut de nulla saeculi nobilitate gaudentes nec de Abrahae sibi semine gloriam uindicantes niterentur et studerent uirtutibus et nullis post agnitionem Christi seruire peccatis, ut ueram **libertatem** conscientia gaudente retinerent et spe certorum id est aeternorum uindicarentur a cupiditate aliorum omnium, quae propter fragilitatem sui uana frequenter et falsa dicuntur. (Idem 1,87:CSEL 81,1,99).

260...tunc responderunt ei Iudaei non intellegentes, de qua Iesus **libertate** dixisset: semen Abrahae sumus et nemini seruiuimus umquam; quomodo tu dicis: liberi eritis? (Idem).

261. Libertad y gloria escatológica:

...multis enim modis **libertas** appellari solet: ut in hoc loco sanctitas, ut resurrectio in apostolo, ubi dicit creaturam liberari a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei, ut libertas quae notior est ad distinctionem dicitur seruitutis; eo autem nomine et **libertas** nuncupatur arbitrii. (Idem :CSEL 81,1,99-100).

262...hic ergo non arbitrii **libertatem** dominus dicit esse liberandam, sed illa integra permanente conuenit Iudaeos, ut accipientes indulgentiam liberentur a reatibus et eam, quae apud deum maxima est, **libertatem** occupent, ut incipiant nihil debere criminibus. (Idem 1,87:CSEL 81,1,100).

263...et non uis eum ab hoc malo liberare homines, non uis eum hoc loco talem promittere **libertatem**, qua peccatum non faciamus, sed ideo tantummodo liberare, quia fecimus. (Idem).

264. Libertad y pecado:

...conuenit plane ideo facientes peccatum, quia serui sunt peccati, ut accepta **libertate** quam promittit desinant facere peccatum. (Idem 1,88:CSEL 81,1,101).

265...contra hoc ergomalum, quo peccatum faciebant, **libertate** indigebant quam proittebat: omnis, enim, inquit, non qui fecit, sed qui facit peccatum, seruus est peccati. (Idem).

266...et quaerant accipere **libertatem**, ut non faciant peccatum, clamantes ad eum, cui dicitur: itinera mea dirige secundum uerbum tuum et ne dominetur mihi omnis iniquitas. (Idem).

267. Libertad y justicia:

...hic ergo ubi dixit dominus: si uos filius liberauerit, uere liberi eritis, promisit indulgentiam reis, qui peccantes non arbitrii **libertatem**, sed conscientiam iustitiae perdiderunt. (Idem 1,91:CSEL 81,1,104).

268...quomodo ergo post peccata liberum est, quorum etsi non propagine, quia non uultis, certe tamen consuetudine, quam solam huic necessitati uicti contortique conceditis, sic perdidit **libertatem**, ut gemitus eius feriat aures uestras fronthemque collidat, cum auditis: non quod uolo ago, et: non quod uolo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago? (Idem).

269...audi sane, ubi uim humanae **libertatis** ostendit: ego ueni in nomine patris et non suscepistis me, si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis, et item: aut facite arborem bonam et fructum eius bonum aut facite arborem malam et fructum eius malum, et item: si mihi non uultis credere, operibus credite; atque omnibus uehementius, quod dicit intentionem suam humana uoluntate impeditam fuisse: Hierusalem, inquit, Hierusalem, quotiens uolui congregare filios tuos sicut gallina pullos suos sub alas suas et noluisti? (Idem 1,93:CSEL 85,1,105).

270...**libertas** quidem periit per peccatum, sed illa, quae in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam; propter quod natura humana diuina indiget gratia dicente domino in euangelio suo: si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. (Idem 1,94:CSEL 81,1,107).

271...ecce ostenduntur etiam peccato minimo potuisse nisi alia **libertate seruire**. (Idem).

272...liberi ergo a iustitia non sunt nisi arbitrio **libertatis**; liberi autem a peccato non fiunt nisi gratia saluaatoris. (Idem).

273. Libertad y razón:

...secundum, quod ut uiuentibus sensu ita sentientibus ratione praestamus, quae impressa est animo, ut conditoris imago doceretur, ad cuius aequae respicit dignitatem arbitrii concessa **libertas**. (Idem 1,94:CSEL 81,1,09).

274...bonae itaque uoluntati innumeras adiutorii diuini adesse species non negamus, sed ita, ut non per adiutorii genera aut fabricetur quae fuerit arbitrii desructa **libertas** aut aliquando ea exclusa uel boni uel mali cuiquam necessitas credatur incumbere, uerum arbitrium libero omne adiutorium cooperatur. (Idem 1,95:CSEL 81,1,110).

275...catholici id est nos dicimus, quod ab initio usque ad finem sine aliquo naturalium coactu uoluntas et ante baptismum in unoquoque delinquit, quae illo ipso tempore quo peccat potestatem habet recedere a malo et facere bonum, ut constet ratio **libertatis**. (Idem 1,98:CSEL 81,1,115).

276...uestrum itaque nulli quidem ueritas dogmatum constat; tamen, cum ab uno principio erroris fueritis egressi, uel minus inhonestum erat, si quae consequuntur ammitteres et, quia cum Manicheo dicis natura mala, id est manca **libertate** delinqui, diceres, cum odem nullo illam pacto posse mundari, quod quidem alibi affirmas, sed quod necessario consequeretur, adiungeres ideo ei opus non esse baptismatis sacramentis, aut, si cum Ioviniano a tempore susceptae fidei imprimi asseris bonas cupiditates, diceres cum eodem bonam et ante baptismum fuisse naturam, quae licet haberet possibilitatem nali, non tamen habuerit necessitatem ac per hoc ad indissimulabiles bonum consecrata peruenerit. (Idem).

277. Libertad y eternidad:

...si autem sicut melius sensit Ambrosius, hoc etiam de se ipso dicit apostolus, nec iustorum est in hac uita ad perficiendum bonum tanta **libertas** propriae uoluntatis, quanta erit in illa uita, ubi non dicitur: non quod uolo ago. (Idem 1,99:CSEL 81,1,117).

278...sicine deum laudas, ut ei auferas **libertatem**? (Idem 100:CSEL 81,1,118).

279. Libertad y Bien:

...sin autem liberum ante ad bonum non fuit, et factum est post baptisma ita liberum, ut malum facere non possit: numquam quidem ei affuit arbitrii **libertas** et probatur sine reatu antea peccasse et postea sine sanctitatis gloriam possidere. (Idem 1,102:CSEL 81,1,102).

280...ergo nec in deo est arbitrii **libertas**, quia malum facere non potest, sicut negare se ipsum non potest, qui et nobis summo illo praemio largiturus est, ut non quidem ipsi deo, sed tamen angelis eius aequales, nec non peccare possimus. (Idem).

281. Libertad y Pecado:

...ista definitio peccati eius est, quod peccatum tantummodo est, non quod etiam poena peccati, qua periit **libertas** non peccandi; aquo malo non liberat nisi ille, qui non tantum dicimus: dimitte nobis debita nostra, uerum etiam: ne nos inferas in temptationem, sed libera nos a malo. (Idem 1,104:CSEL 81,1,121).

282...argumentaris quippe ideo illum liberatos dicere malluisse quam liberos, ut intellegeremus arbitrii **libertate** male quidem posse, bene autem fieri non posse. (Idem 1,108:CSEL 81,1,127).

283...nam si hoc, quod tu, putasset, quia **libertate** solum peccaretur, debuit dicere: liberi fuistis peccato, non: liberi fuistis iustitiae, ut ille diceretur esse liber, cui operabatur ipsa libertas: si enim placet etiam casuum pensare momenta, huic illos iustitiae dixit esse liberos, non ab hac iustitia liberos. (Idem).

284. Libertad y Justicia:

...nihil aliud dixit magister gentium nisi: liberi fuistis, non seruistis iustitiae; liberati estis, peccatorum ueniam suscepistis manente arbitrii **libertate**, per quam potuerunt et ante peccato et postea obaedire iustitiae. (Idem).

285...ipsam postremo arbitrii **libertatem** inuis peccati impulsione subrueret, ut nemo deinceps in potestate haberet uetera crimina uirtutis electione respuere, sed uno omnes in condemnationem

euersae humanitatis torrente raperentur. (Idem 2,89:CSEL 81,1,224).

286. Libertad y Cristología:

...postremo, quoniam duos posuit apostolus, unum ad peccatum, non diabolus sed Adam, et unum ad iustitiam, non Abel sed Christum, ut non exemplis imitatio, sed generationi regeneratio referretur, si non traicit peccatum in homines generatos Adam, non donat Christus paruulis regeneratis iustitiam, quia nec generati nec regenerati paruuli usi sunt propria **libertate**. (Idem 2,101:CSEL 81,1,232).

287...ut enim egredientes de nostris finibus in uestra regione uersemur: si **libertas** arbitrii primo est euersa peccato et in omni deinceps hominum genere manca adeo remansit, ut non sit ei possibile nisi tantummodo malum facere, non autem habeat in facultate electionem partis alterius, id est recedere a malo et facere bonum, sed iniquitatis necessitate depressa appetentiae criminum parere compellitur, si perrupta omni lege iustitiae facta sunt naturalia, quae fuerant uoluntaria; si lex peccati habitat in membris, quae tyrannidem in imaginem et opus dei nuptiarum uerecundia et iucunditate sortita est; si frutex diaboli in uisceribus pangitur ante animam et cum incrementis naturalibus adolescit, frondescit et pestifera fruge ingrauescit; si haec, inquam, ut dicitis, una primi hominis culpa progenuit, consequentius dicitur ex uno delicto in condemnationem genus ire mortalium quam ex multis delictis gratiam liberare, ut magis proprie intellegatur dici posse haec gratia ex uno delicto liberare quos liberat. (Idem 2,105: CSEL 85,1,238).

288. Libertad y deseo:

...nulla enim alia motu propriae uoluntatis adduntur, si omne malum fracta arbitrii **libertate** exclusa honestate desiderii infectrix seminum culpa primi genitoris operatur. (Idem).

289...uoluntas autem antequam bonae **libertati** ad operandam ueram iustitiam gratia dei subueniente reddatur, multis aliis etiam causis praeter originis uitium mouetur ad peccandum uel non mouetur, unde fit, ut ipsi impii, quibus uel nondum subuenit uel numquam

subuentura est gratia, quae iustificat impium, alii magis, alii minus peccent. (Idem 2,105:CSEL 85,1,239).

290. Libertad y Antropología:

...si enim omnes imitatores Christi post eius incarnationem regeneratis paruulis additis conferantur cum peccatoribus, quos omnes uultis propter arbitrium **libertatis** ad imitationem primi hominis pertinere ab ipso Adam usque in finem saeculi uoluntate peccantes, qui eorum multo plures sint, euidenter apparet, ut et uestra falsitate uincamini. (Idem 2,148:CSEL 81,1,271).

291...qui uobis uidetis, inquit, iustificationem per peccatorum ueniam fuisse collatam, firmam tenete concordiam et paribus animis mediatoris dona laudate, cuius munere collatum nobis est, ut in hanc gratia haberemus introitum; et os, quos iustitia reos tenebat, quia reos nos non natura fecerat, sed uoluntas, **libertati** reddidit et eripuit ultione praestitique, ut, qui sperabamus aeterna supplicia, modo gloriermur in spe gloriae dei. (Idem 2,165:CSEL 85,1,286).

292...ubi est **libertas** et fortitudo animi uestri. (Idem 2,172:CSEL 85,1,292).

293...quod si ita intulisset, non minus docebatur impia esse quam inepta sententia, qua et comparatio ipsa in diuerso proposito personarum stolidissima doceretur, cum res non similes ad collationem uenirent, natura uidelicet et uoluntas, ut in parte mali seminum necessitas poneretur, in parte uero boni studii sola libertas, immo iam non **libertas**, quoniam non suppetebat facultas eligendi boni et cauendi mali, si naturalis reatus fuisset. (Idem 2,216:CSEL 85,1,326).

294...si quispiam exsisteret, qui hoc profiteretur **libertate** uerborum, quod argumentando Traducianus conficere conatur, id est ut pugnam indiceret legi dei et sententiam, quam protulimus, sine aliquo timore despiceret assereretque, quibus posset modis, falsum hoc utrumque esse, quod deus seruari uoluit, et sententiam, de qua loquimur, ex utraque, quantum in se erat, parte subrueret, prorsus putasset parentes propter filiorum et filios propter parentum peccata tam solere quam debere damnari, nec hic tamen talis peccati

traducem uel secundum opiniones suas quiret asserere. (Idem 3,20:CSEL 85,1,362).

295. Libertad y mortalidad:

...sed apostasia primi hominis, inquo summa erat et nullo impeditur uitio **libertas** propriae uoluntatis, tam magnum peccatum fuit, ut ruina eius natura humana esset tota collapsa, quod indicat humani generis tanta miseria, quae a primis ploratibus uagientium usque ad expirantium nouissimos halitus omnibus nota est ita, ut, qui eam negant, maiorem partem sibi iudicent humanae miseriae tam horribili et incredibili caecitate, sicut uos facitis, qui mortalem Adam ita factum, ut, siue peccaret siue non peccaret, moriturus eset, etiam post iudicium Palaestinum, ubi uos ista dicentes Pelagius ipse damanuit, adhuc dicere non timetis. (Idem 3,57:CSEL 85,1,397).

296...quod enim ais ad colendum recte deum sine ipsius adiutorio dici a nobis sufficere unicuique **libertatem** arbitrii, omnino mentiris. (Idem 3,106:CSEL 85,1,426).

297...cum utique ista omnia, tam quae dogmatibus quam quae mysteriis continentur, **libertas** arbitrii per se non potuerit inuenire, quamuis, ut nec idola colerentur nec deus, qui innotescebat mundi ipsius conditor, sperneretur, magistro gentium teste docere potuerit ratio naturalis. (Idem 3,106:CSEL 85,1,426).

298...non ergo sine adiutorio dei ad cultum eius, qualem exhibent initiati mysteriis, liberum arbitrium idoneum credimus, sed diuinae aequitatis locupletem testem **libertatem** arbitrii confitemur, ut eo tempore, quo nos manifestari oportet ante tribunal Christi et recipere unumquemque propria corporis sicut gessit, siue bonum siue malum, nihil deus iniuste iudicare doceatur, qui nulli imputat peccatum, nisi quod is, qui propter illud punitur, potuit ei cauere. (Idem 3,107:CSEL 85,1,427).